



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Disptatio V. De cessatione legis, eiusque interpretatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

nullo modo priuilegium reuocati potest, sed solum poteris reprobari, quia vel sententia est iusta, vel iniusta, si iniusta sit non habet effectum, neque ex illa priuilegium derogatur, ut ipse Doctors contracti facentur, iusta autem esse non potest hanc valorem priuilegii: nam si priuilegium valet, non potest priuilegium ob factum virtute illius condemnari. Quo, circa si reus condemnatur, non obstatne priuilegium exhibiri, et vel quia iudex certe priuilegium illud non esse validum, ut potest ab episcopio, vel disfucundine derogatur, vel quia ad illum casum non se extendit: & tunc non est reuocatio priuilegii, sed reprobatio illius vel declaratio gurthistica, quod ad illum casum non se extendebat: & ita tener Suarez lib. 8. c. 39. n. 4. Ballivi lib. 8. de matr. c. 19. fin. 27.

18 Neque obstante rationes contrarias, fateor, per sententiam, scuti per ius reuocari posse priuilegium, sed debet esse sententia iusta, non iniusta: sententia autem iusta esse non potest, quia reuocari priuilegium, nisi sit ob aliquod crimini, à priuilegiario commissum dignum priuilegii privatione: potest tamen esse sententia reprobatoria, & excludens priuilegium, ut potest invalidum, seu illum casum non comprehendens. Quia sententia reprobatoria non est reuocatoria priuilegii, sed declaratoria illius, in hoc sensu explicatur textus in cap. Suborta, & glossa ibi.

§. V.

Quia publicatio reuocationis necessaria sit, ut priuilegium reuocatum censeatur.

- 1 Si legata est reuocandum, debet publicari ex publicatione qua lex.
- 2 Si priuatum reuocatur priuilegium, non habet effectum, quo usque que priuilegiorum innotescat.
- 3 Qui confessus habeat reuocationem quocumque modo cognitam priuilegiario sufficeret.
- 4 Probabiliter debet fieri per notarium, vel epistolam, & rescriptum ad id specialiter destinatum.

1 Remittendum est reuocationem aliam esse ab homine, aliam à lege.

Si legata priuilegium reuocatur, necessaria est illa publicatio, quam ad legis constitutionem diximus requiri, quia non potest talis lex vim habere reuocandi, quousque in suo esse sit constituta non autem est constituta, quosque publicetur. Ergo. Addit in hac reuocatione separari non posse vim obligandi à vi reuocandi, cum ab eodem fundamento. Sollicitus à lege, utique effectus nascitur. At quia diversimodo de lege ciuilis, & canonica loquuntur sumus, justa eam diversitate de reuocatione per legem ciuilium aut canonican dicendum est. Diximus namque legem ciuilium si pro diuersis prouinciis feratur ab his qui imperatores, legibus reguntur, in qualibet prouincia esse publicandam, & in ea non habere effectum, nisi post duos menses à die promulgacionis: si autem feratur pro una prouincia, in ea solum publicandam esse, & in ea non habere effectum, nisi postquam curerit tempus sufficiens, ut in subditorum noticiam devenient: legem autem canonican diximus sufficere Romae est: publicatam, ut omnes obligari, postquam ad illum noticiam devenient, aut commode devenient possint, & non ante. Idem ergo dicendum est de lege haec reuocatoria, quia utriusque lex, & habet effectum obligandi, & sequitur irritandi actus contra illum factus, que omnia expostulant, ut ferentur in illa conditione necessaria ad legem. Hoc docent, relato Felino, Pannomiano, & aliis lib. 17. p. 17. & seqq. Bonac. Disp. 1. q. 3. n. 20. Non desunt tamen qui dicane requiri publicationem legi reuocatoris priuilegiorum fieri in qualibet diuinitate docent. Soro i. de iust. q. 1. n. 4. Medin. 1. 2. q. 90. a. 4. Post. 5. conclus. Ema. Sá verbis gratia n. 17. in vitaque edit. At certe sine fundamento, cum videamus reuocati ex pte priuilegio ob legem Romanam publicatam.

2 Verum si priuilegium priuatum reuocatur, quod fieri potest vel mandato concedens, vel alio priuilegio, affirmandum non habere effectum reuocationem, quovunque priuilegiario innotescat: sic ex communione sententia docet sylva, verbis gratia, n. 4. & verbis indulgenzia, n. 17. Corduba in qd. lib. 4. q. 36. concl. 3. Sora i. de iust. q. 1. art. 4. Medin. 1. 2. q. 90. a. 4 p. 5. conclus. Azor lib. 12. q. 7. Bonac. n. 10. Salas n. 82. Soro n. 6. & de panis, disp. v. c. 2. Basilius lib. 8. c. 9. n. 14. Ratio est quia ad rectam republibus & Ecclesiis gubernacionem pertinet, ut velit Princeps priuilegiorum, tuis priuilegiis, ut quovunque agnoscant esse reuocata alia veller plures actus inuidiosos fieri, quod non est credendum de Christiano Princeps.

3 Additum vero aliquando reuocationem non esse necessariam fieri per notarium, vel per epistolam ad hoc missam ab ipso reuocare, sed quocumque modo est ut reddatur priuilegium, si priuilegium reuocari. priuilegium est reuocatum, sic docet Soro lib. 8. c. 40. n. 7. Bonac. Disp. 1. q. 3. pars 8. §. 3. n. 20. fine, ratio esse potest, quia ex natura rei hic modus notificandi.

Ferd. de Cagliero Sum. Mor. Pars I.

DE
ASTRO
PALACI
TONI,
II. III.
EIV

DISPUTATIO V.

De cessatione legis, eiusque interpretatione.

DIFELICITER obligatio legis cessare potest, vel in totum vel in parte. In totum cessat, quando cessat lex, eo quod cessat omnino causa, ob quam fuit concessa, vel ex eo quod abrogata sit. In parte cessat lex, quando aliquo cau speciali, vel pro aliquo tempore eius obligatio cessat; & hoc contingere potest duplicitate. Primo eo quod aduenientur tales circumstantiae, quibus adstantibus prudenter iudicatur legislatori, vel non possesse sua lege ibi obligare; & haec non est propria cessatio, quia sunquam ad illum causum lex extensa fuit. Secundo contingit, quando lex causum comprehendit, & legislator sua voluntate ab illius obligacione subditos eximit. Quapropter cessare potest adiquata lex. Primo ex cessatione causa finalis illius. Secundo abrogatione. Tertio cessare ex parte potest interpretatione. Quartu dispensatione. De prioribus dicendum est in praesenti disputatione, & in sequenti agendum de cessatione per dispensationem.

PUNCTUM I.

De cessatione legis ex cessatione causa finalis illius

- 1 Distinguuntur duplex finis, alias extrinsecus, alias intrinsecus.
- 2 Quando consentitur praeceptum ex fine extrinseco defundi.
- 3 Legem latam ab duplice fine intrinsecum & extrinsecum, in trinsecus postulando est.
- 4 Cessante causa finali, ob quam res precipitur, cessat lex.
- 5 Proponitur obiectio. Quid sit.
- 6 Limitatio Soro, ut procedit ex posta declaratione Principis, vel consueitudine. Sed non admittitur limitatio.
- 7 Si cessat adiquatus finis pro determinato tempore, vel in parte legis, pro illo tempore, & illa parte cessat lex, seu suscepitur.

- 3 An cessationis finis legi toti communiatu confitare debet, ut singulares eximantur? Resolutur sufficere cuiuslibet confitare.
 6 An si effectus finis legis in aliquo speciali casu, cestet lex. Proposuitur casus. & prima sententia affirmans,
 10 Contraria sententia est communior, & secura.
 11 Qua ratione nobis probetur.

Premitto duplum finem in lege attingendi posse: alium intrinsecum, qui à re praecipita non distinguuntur: alium extinsecum & à materia praecipi distinatur. Prioris exemplum est, si legislator tibi praecipiat ieiunare, orare, elemosynam facere, proper honestatem, quae in oratione, ieiunio, & elemosyna reperitur, posterioris exemplum est si huc ipsa praecipiat, ut peccatorum debito satisfacias, ut carnem maccres, tentaciones vias; peccatorum enim (satisfactio) maccratio carnis, & tentationis victoria non est materia praecipit.

2 Primito secundo aliquando cum fine intrinsecum, & materia praecipit, finem aliun extinsecum coniungi & spectari; aliquando vero solum spectari in materia praecipi finem extinsecum illius. Quoniam materia praecipiti de se habet honestatem, lex illam praecipit, nisi aliud expressè constet, conseretur praecipere ob finem intrinsecum illius, et si simili habeat alios extinsecos fines. At quoniam materia praecipiti de se honestatem non habet, vel si illam habet, à legislatore non intenditur, sed solam intendunt illius executionem, quatenus autem fini extinsecum conuenient, rursum ex illo fine extinsecum defundenda est, ita honestas tei praecipit; quod bene aduertit Suarez lib. 6. de leg. c. 9. n. 8. His positis

3 Dicendum est primò. Quando lex fatur ob duplum finem intrinsecum, & extinsecum attendendas est semper finis intrinsecus pro perseverantia legis, vel illius cessatione. Quocirca, et si finis extinsecum cestet, si perseverat intrinsecus, non cestet lex. Ratio est manifesta, nam ex fini intrinsecu habet materia praecipita sufficientem honestatem bono communione convenientem, & propter illam praecipue est praecipitum. Ergo perseverat praecipitum. Quod exemplo ieiunij manifestatur, ad cuius obligationem omnes tenentur, et si carne habent spiritu subiectam, quia non tantum ob carnis subiectio imponitur, sed etiam ob honestatem temperantiae in ieiunio reportam: & duratae hac honestate durat praecipitum: Salas dis. 21. de legibus. sect. 3. n. 34. Azor. tom. 1. lib. 3. c. 16. que. 3. 35. Castro lib. 1. de potest. leg. p. 6. c. 5. docum. 3 Suarez lib. 6. de leg. c. 9. n. 9. Bonacina dis. 1. q. 1. punct. vlt. §. 2. n. 1. vers. dixi cestante tota causa.

4 Dico secundò. Cestante tota causa finali, ob quam res præcipit, cestet lex, & obligatio illius: si cum communione convenientia docet. Couart. 4. Auctor. 2. p. 8. n. 8. & cap. cum eff. de testamento n. 9. Azor. supradicta. Victor. relati. de potestate ciuilis. n. 22. Suarez plures referens n. 5. iunctio n. 10. Bonacina supradicta. Ratio ea est, quia lex in tantum obligare potest, in quantum materia ipsius iudicatur à legislatore bono communione expedire, sed cestante causa, ob quam iudicatur et bono communione expedire, cestet & legislatoris iudicium. Ergo cestet lex. Et confirmari potest exemplo voti, cuius obligatio cestet, si cestet causa finalis illius: ut si voviisti, non ingredi aliquam domum ob periculum puerelle ibi commorantis, & ipsa tecedit, & commovet ut alibi, cestet tibi votum.

5 Dicere contingere posse, ut materia legis bono communione expediat, etiam si finis ob quam fuit impetrata. Ergo in illo cau non cestabit lex: sic docet tanquam valde probabile. Salas dis. 12. sect. 3. n. 32. concl. 2.

Respondeo tamen cum reliquo Doctoribus negando consequentiam: nam ad cessationem legis, sufficit, si cestet convenientia, quæ per legem fuit intenta: alia autem convenientia, quæ succedit, à legislatore intenta non fuit; ac proinde ex illa non firmatur lex: solum enim deseruit ut denio lex alia circa illam materiam fieri possit. Quod exemplo voti confirmari potest, etiam votum ingrediendi illam domum, cestente periculo ob quod fuit factum, etiam si aliud denou superveniat, ob quod merito possit utrum alii facere.

6 Hanc conclusionem limiter, Soto lib. x. de instit. q. 6. art. 8. & lib. 3. q. 4. art. 5. ad 1. ut intelligatur cestare adiungere declarationem Principis, vel confutandine in contrarium; sicut videtur ante illam Moneri posset, quia etio cestet finis intentus a legislatore, adhuc lex sine peccato obseruari potest, ut suppono. Ergo poterat Princeps velle subditos ad illius obligationem teniri quoque sua declaratione, vel confutandine in contrarium eximenter. Ergo presumendum est ita velle, quia haec subiectio, & subditorum subordinatio bono communione videatur.

Sed hoc limitatio admittenda non est: tum quia nullus, praeter Sotum, illam admittit: tum quia apponit legem & obligationem nouam abesse villo fundamento. Nam vel obligatur communitas ad illius legis obseruandam ex virtute illius legis & hoc non ob rationem iuperius dictam, quia non iudicat legislator ex illa legi materiam illam bono communione necessariam esse, siquidem illa necessitas, & convenientia iam expiavit. Vel obligatur communitas ex alia legi superveniente, e

qua Princeps statuit suas leges seruandas esse, quoties seruati possunt sine peccato, etiam si cestet finis adequare illatum quoque declarationem authenticam faciet hæc lex nullibi inuenitur. Ergo singenda non est. Addo si hæc declaratio necessaria est, nunquam lex cestaret propriè ex cessatione causa finalis quod est contra communem sententiam defunquam ex cap. cum cestante, de appellationib; cestante causa cestat effectus. & cap. si Christus de iure iurando, cap. post translatiōnem, de renunciā, vbi glossa, verbo cestante, & cap. statimius, & distincti, verbo causa, in fine. & c. quod pro remedio. 1. q. 17. Ex quibus verbis colligitur, cestante causa, cestare & legis obligatiōnem, neque illam Princeps declarationem desiderari, alias potius dicere cestare per abrogationem, quam per cessationem causae finalis.

7 Aduerto tamen, sèpè non cestare causam finalē ab solūtē, sed pro aliquo tempore, & tunc non cestat, absoluere lex; quia absoluere non est redditus inutilis, sed soluti suspensus eius obligatio pro illo tempore, pro quo iudicatur inutilis: ita dovit Suarez illo cap. 9. fine. Salas dis. 11. sect. 3. n. 32. Bonac. dis. 2. q. 1. punct. vlt. §. 2. n. 4.

Aduerto secundò, si lex plura divisa continentur, & respectu viuis partis facta est inutilis, & respectu aliorum utilis perseveraret; cestaret quidem in illa patre, in qua redditus fuit inutilis, perseveraret respectu aliorum in quibus utilis iudicatur, quod nullum est inconveniens; cum in illo causa non sit una lex; sed plures pro diversitate retum, quæ praecipiuntur: si tamen res praecipit inestimabiles sint, & una redditus est inutilis, regulariter videatur lex cestare: tum quia illa inutilitas inficit rationem: tum quia bonum ex integrâ causa, & malum ex quoconque defectu. sic ex parte Suarez, supradicta. 1. 18. Bonac. n. 5.

8 Sed inquires, an necessariam sit communiat cognoscere cestante causam finalē legis, ut possit quilibet particularis contra legem facere vel suffici notitia cuiuslibet?

Repondeo Suarez illo lib. 6. cap. 9. n. 12. necessariam esse publicam & manifestam illius cessationis notitiam in tota communitate, & hanc sufficiat: & quod sufficiat est clarum, quia iam communiat constat redditum esse legem inutili fini communis à legislatore intento. Quod vero hæc notitia necessaria sit, inde probat: quia lex communiat adiungit, & ratione illius singulari personas. Ergo dum communiat non constat de cessatione, et si singulis constet, singuli excusat non possunt quia non prius excusat possunt, quam ipsa communiat excusat. Credo tamen si de facto aliquibus cestantes cestante integrè finem à legislatore intentam posse adiungit lex procedere, scelus scandalo, etiam si communiat id non constat; quia singulari personæ communiat non debet obligantur à legi, ex eo quod communiat cognoscit rationem legis cestante; sed ex eo quod de facto cestauerit. Ergo si ipsi cognoscunt de facto cestante, cognoscunt deobligantur esse. Addo a puncto cessationis causæ communiat deobligantur esse quia lex perit, esto ipsa communiat ex ignorantia se cestare obligata, non inde inferendum est carentes illa ignorantia obligatos esse.

Secundò inquires, an sufficiat probable iudicium, vel dubium de cessatione causa, ut possit communiat contra legem operari? Cui difficultat satisficerimus tractat. 1. de conscientia epistolari. p. 6. & aifp. 3. de conscientia dubia. p. 7. & 8. videamus ibi dicta.

9 Major difficultas est, si cestet causa finalis in aliquo speciali cau circa aliquam particularem personam, cum tamen via generali circa reliquias perseveraret, an in illo cau cestet obligatio legis? g. latum est generale praecipitum, ne arma noctu defensantur ob vitandas rixas, & perturbationes, cognoscis nullam sequendam esse ritum, neque perturbationem, etiam si defensas, poteris ne abesse transgressionis legis defensas item lex prohibet cum Saracenis commercium per periculum perturbationis, cognoscis nullum tibi ex tali commercio periculum adesse poteris commercium prosequi? Item est praecipitum ne scholasticis vestibus sericas vrantur, ne opes patentum exhaustantur, poteris ne his vestibus vri, qui patentem ditissimum habet & sic de aliis exemplis.

Circa hanc difficultatem primè sententia affirmat, quoniam lex aliqua edita est, ob vitanda inconvenientia, cestare eius obligationem in quolibet cau, in quo ipsa inconvenientia cestente, secundum verò dicunt de lege edita ob finem bonum, quæ non cestat, etiam si cestet finis, ob quem fuit edita, dummodo maneat alius qui legis obseruationem honeste: sic docent expeditus Caetran. tom. 1. opus. strati. 12. de mar. q. 2. Nauar. summ. c. 16. n. 37. Henric. lib. 13. de mar. cap. 17. n. 2. comm. lit. O, Ludovic. Lop. 1. p. 10. cap. 8. 3. & præterea peccat. Bartholom. à Ledeima dabo. 17. de mafal. 117. Eman. Saa in utraque editione, verbo lex: n. 1. insinuat glossa in c. et si Christus de iure, verbo cestante in princ. Panorm. in c. quoniam, de probat. num. 6. & latius in cap. quia insinuat, de regularib. per texum ibi, & concludit generaliter cestante legis ratione in particulari cestate legem faciunt syll. verbo lex. q. 8. & 9. Angel. ibi. n. 4. cap. 7. Ratio huius sententiae ea est porro, quia finis & ratio legis est anima ipsius

1. gis

legis. Ergo in illo caſu, in quo deficit, & lex ipſa deficit deſtituta. Et conſtruim. Cum deficit ratio legis viuuerſaliter, ceſſat integræ lex, & cām deficit pro aliquo tempore, prius illo deficit, ſenſu pendit eius obligatio, ut diximus. Ergo etiam ſuſpendi debet pro caſu, & per tona, pro qua deficit ratio legi. Quia ideo in ſupradictis caſibus ceſſat obligatio legis ceſſante illius caſu; quia rūe lex non iudicatur bono communi expedite, ſed vbiqūce ceſſat ratio iphiſus, ceſſat ratio iudicij. Ergo & iudicium, ergo & lex.

io Nihilominus coimmunior, & ſententia docebat ob præcitatam ceſſationem negatiuum cauſe finalis in aliquo ſpeciali caſu, circa aliquam, vel aliquas particulares perfonas non ceſſate obligacionem legis, fi in viuuerſali cauſa finalis pefuerit; ſic pluribus relatis docebat Suarez lib. 6. cap. 7. a. n. 5. & vero cap. 3. Salas diſp. 1. q. 1. p. vlt. §. 1. n. 2. Thomas Sanchez lib. 2. diſp. 1. n. 39. verſt. ſed diſplices ſolutio. Ratio huius ſententie ea est, quia lex, & generalis præceptum non reficit caſus ſpecialiſ, fed ea qua coimmuniter contingunt, lea qua raro, ff. de regal. iur. non enim lata eſt de prohibitione armorum, ob viuuerſali huius, vel illius ritu, ſed ob vitandas rituas coimmuniter contingunt. Ergo dum coimmuniter contingere poſſunt, quilibet eſt ceſſandus obligatus; quia iam videtur comprehendens tuba lege, & lab fine illius. Item non leua inconuenientia ex oppofita ſententia lequeretur; daret enim occidio violandi leges non ſolum poſtituas, ſed naturales; cum facile poſſit quis affinare ceſſare in illo rationem probationis. Exemplum fit, si dicamus fornicationem eſſe prohibitam ſolum ob malam proliſ educationem, & quis appoluifet media, qua ad reūam illius educationem poſſunt excogitari, neceſſaria; dicere etiam poſter ſibi licere fornicationem, quod abſit.

ii Mihī haec leuentia omnia probauerit non ob rationem aliam, niſi amplius explicitur; ſed quia exiliſmo finem legi in nullo caſu ſpeciali ceſſate, fi in viuuerſali non ceſſerit, eſi ceſſat in illo aliquo modo inconuenientia, que legi in deſtabent viuuerſaliter praecaueri. Aliud enim eſt ceſſare damnum, & periculum illius ſpeciali, aliud ceſſate generalē periculum illius. Finis enim legis, & viuuerſali præcepti prohibiti armorum delationem, v.g. eſt vitare generale periculum iuxta, non ſpeciali. Et ob huiusmodi ſicut omnibus etiam pacatissimum delatione armorum prohibetur, & merito quia lex eſt generalis, & omnes, qui in illam delinquere poſſunt, debet comprehendere. Ergo non poſſunt ipſi allegare, ceſſate in illis rationem probationis, ſiquidem non ceſſat generalē periculum, licet ſpeciali ceſſet. Et ex hac ratione facilimmo negoti ſoluit fundamentum prime ſententie. Cuius diſtinctio de lege late ob vitanda inconuenientia, vel ob finem bonum, nullo modo eſt admittenda: nam, vi recte expedit Suarez lib. 6. cap. 9. num. 14. candem dependenciam vitaque habet a ſuo fine. Neque imaginari poſteſt, quare ex ceſſatione viuuerſa ceſſat lex, & non ex ceſſatione alterius, ſi in vitaque codem modo ceſſet.

P V N C T V M II.

De ceſſatione legi per eius abrogationem.

Dupliciter lex tolli poſteſt à Principe, vel secundum ſe tam, vel quoad aliquam illius partem, ſi integrè tollatur, deſtitutio abrogatio, ſi secundum partem, derogaio. Quod autem de abrogatione dicitur, de derogatione ſimiliter inſigndam eſt, quia eſt partialis abrogatio.

Secundo, premuto abrogari legem poſſet vel laicuſ alio conuaria inducenſe obligationem ad contrarium actum, vel ad abſtinentiam ab eo, qui era per priorem legem imperatus. Vel abrogari poſteſt tollere obligationem illius, & nullam aliam imponendo. Viendendum ergo eſt, quae conditiones ſeconde fine, ſue hoc, ſue illo modo lex abrogetur, & quis legem poſſit abrogare.

S. I.

Quae conditiones ſequarentur ſint in legis abrogatione.

- 1 Lex valida, & utilis abrogari poſteſt.
 - 2 Vi honeste ſiat abrogatio, requiriuntur cauſa bono communi proficiens.
 - 3 Siue cauſa abrogatio legis ab eo, qui legem tulit, valida eſt, tamē illicita.
 - 4 Quae publicatio in abrogatione requiriuntur, proponuntur due extrema ſententia.
 - 5 Reducuntur in concordiam.
 - 6 Quae publicatio ſufficiat, ſi non eſt per legem reuocatio facta.
 - 7 Lex poſterior priorem abrogat, ſi in corpore iuriſ prior fuerit inſerta.
- Ferd. de Castro Sum. Mor. Part. I.

- 8 Limitatur, niſi iuramento firmata fuerit.
- 9 Poſterior abrogat priorem, diuino modo illi contraria ſit, neque patiatur interpretationem.
- 10 Lex abroganda ſpecialis, vel generalis extra corpus iuriſ non abrogatur, niſi illius ſiat mentio ſaltem in genere.
- 11 Lex ſpecialis pro aliquo loco, vel ſpeciali materia, tamē corpori iuriſ ſuerit inſerta, non abrogatur legi contraria, niſi illius ſiat mentio ſaltem in genere.

i Primo certum eſt legem validam, & reipublica viuem abrogati poſſe, non ſolum validam, ſed etiam licitem, & honestam: ſic omnes expoſitores cum D. Thoma 1.4. quaf. 97. art. 1. Iurit in L. uita, C. de caduc. tollend. in princ. Et in 1.1. & 1. ff. de confit. Princip. Et in cap. non debet, de conſanguinit. & affinit. Et cap. alma mater de ſentent. excommunicat. in 6. Ratio eſt, quia obligatio legis pender a voluntate legislatoris. Ergo ſi ceſſat eius voluntas, ceſſabit & lex. Quod autem licet poſlit hanc voluntatem habere tollendi legem factam, inde conſtat; quia pro vacuitate temporum res ſolent mutari, & que uno tempore bono communi iudicabatur viuuerſis, poſtea minus viuuerſis eſte potest. Addit, eſi lex viuuerſis ſit reipublica, potest magis viuuerſis eſt illius reuocatio: tum quia ex illa forte grauauerit nimis ſubditū: tum quia ſacta eſt tanta legum multiplicatio, ut videarur non leuiter conuenire aliquas abrogare: tum quia paſſim violatur, & cedit ex malitia ſubditorum in illorum peccatum. Ex quibus rationibus conſtat, & poſſe legem viuuerſis eſte reipublica, & ex alia parte poſſe validam, & honestam abrogari.

Secundo certum eſt debet, ut honesta ſit, & licita abrogatio, neceſſariam eſt cauſam pertinente ad bonum commune. Conſtat eſt ſupradictis textibus, præcipue ex 1.2. ff. de confit. Princip. & ex cap. non debet, de conſanguinit. & affinit. Et ratio eſt clara, quia abrogare legem viuuerſis reipublica abſque legitima cauſa, eſt abuti poſtestate, & iurisdictione ſibi conſelta. Ergo peccat. Deinde Princeps ex officio reuertit ſibi ſubditos regere legibus conuenientibus. Ergo ſi has leges tollit abſque cauſa, inique facit, quia ſubditis præjudicat.

Tertio certum eſt debet puram legem abrogationem factam abſque cauſa. ab eo, qui legem tulit, validam eſt, eſto illicita ſit. Probo, quia legis obligatio ex voluntate legislatoris pender. Ergo ſi ceſſat eius voluntas, & nolit amplius ea legi obligare, ceſſabit obligatio legis. Dixi, abrogationem puram: nam ſi ſiat per nouam legis impoſitionem, certum eſt fine cauſa non valere, quia non valet lex, quae non iudicat bono communi expedite. Minus enim neceſſariam eſt ad legis abrogationem, quam ad illius impoſitionem, quia minis neceſſarium eſt ad tollendam ſubditis obligationem, quam ad impoſendam illis: & in his omnes ferunt Doctores conuenienti: ut videtur eſt in Valquez 2. part. de legibus, diſputat. 17.8. à cap. 1. Salas diſp. 18. ſect. 1. præcipue num. 3. & Suarez lib. 6. cap. 25. a. n. 3. Bonacina diſp. 1. q. 1. punct. vlt. §. 1. n. 1. & 2.

4 Difficilas prima eſt, Quae publicatio requiratur in abrogatione, ut censetur lex abrogata? In qua re ſunt duæ extrema ſententia. Prima expoſita publicationem ſimilem cum lege, quia vique legis reuocatio ſubditis inſtruatur, lex publicata viger, & ſubdit illa adſtrinxuntur: ſic docebat Valquez diſp. 15. cap. 4. num. 25. conuenient expreſſe Azor rom. 1. lib. 5. cap. 3. quaf. 7. Salas diſp. 12. ſect. 8. & diſp. 18. ſect. 2. Secunda ſententia huic conſtricta eſt, nullam publicationem requiri, ſed ſola voluntate Princeps abrogari legem poſſe, ſic docent Cordub. lib. 3. qui eſt de indulgent. quaf. 16. poſt 3. conſclus. Capreolus in 4. diſtinct. 1. quaf. 3. ad 1. contra 1. conſclus. Conrad. 1.2. quaf. 90. art. 4. vbi Moſ. in circa finem art. Mouentur, quia in tantum lex obigat, in quantum legislator intendit obligare. Ergo ſi ceſſat eius intentio, ceſſabit obligatio. Et conſtruim. Si à principio ſua intentione obligandi legem fetter, et ſi ſubdit ignari illius intentionis credentes eſt obligatos: at reuera obligati non erant. Ergo etiam poſtea deobligati manebunt, cum primam reuocari intentionem.

5 Facile poſſit huiusmodi ſententia in concordiam reduci. Si dicamus priorem ſententiam loqui de reuocatione, quae ſit per nouam legis impoſitionem, hæc enim abrogatio omnes conditions legis habere debet: neque conſtricta eſt vim habere reuocandi legem, quovſque ſic in ratione legis constituta, quia effectus reuocationis eſt illi ſecundarius. Secundam autem ſententiam dicere poſſumus loqui de pura reuocatione, quia ſola reuocatione Princeps etiam interior facta completi poſteſt. At reuocate hoc modo abſque promulgatione non eſt prelumentum de Princeps: quia eſt reuocatio debitis gubernationis contraria, & multis inconvenientibus expoſita, & feret nullius effectus. Quidceter mihi valde probable apparet non poſſe Princepem ſolam voluntatem iam intimatam, quae obligationem induxit, ſola reuocatione interior reuocare, quia actibus interioribus non ſe homines communicant neque ex illis poſteſt effe: etiā aliquis in alios te ultrat. Ergo ex ſola interiori reuocatione non poſteſt obligatio ſubditorum tolli i alia poſſet dici abſolutionem a cœnura, & dispensationem

dispensationem cuiusvis vineuli fieri posse sola interiori voluntate dispensantis. Item haec reuocatio est iurisdictioni exercitum; sed hoc esse non potest per actus inter nos. Ergo non potest esse legis reuocatio actu solo interiori. Requiritur ergo, ut aliquo modo iubatur manifestetur: & ita tenet Salas, Azor, Valquez, Suarez, & alii ab eisdem relati *sapra*.

6 Quia autem publicatio sufficiat, & necessaria sit, prudenter arbitrio est consideranda, & praecepit attendenda est consuetudo, si aliqua sit. Nam cum haec reuocatio non sit per legem, non erit necessaria publicatio, quia ad legem est requirita. At consuebit esse ita publicam, ut facile in omnibus, qui lege ligantur, notitiam deuenient possit; neque debet Principem velie alteris legi obligationem definire, quia recta gubernationis maximè concuerit, ut siue omnes simul fuerint legi obligati, omnes simul illa solvantur. Ex quo sit scientem legis reuocationem non adiuv solui lege, quoque reuocatio fuerit publicata, ut communiter in subditorum notitiam deuenient possit, sicuti diximus de lege Pontificia: neque presumenda est alia voluntas in legislatore ob rationes dictas, dum aliud non exprimitur.

7 Secunda difficultas est in abrogatione per legem, quando lex posterior censetur priorē abrogare?

Cui difficultati respondeo primo. Si lex prior generalis erat, & in communi iure interta, & secunda eadem generalitate loquitur, eo ipso, quo fuit lex priori contraria censenda est abrogata, neque necesse est prioris mentionem facere. Ratio est, quia Princeps legem posteriorē ferens, conscienter erat legis prioris contraria: hanc enim ignorare non presumuntur ex c. de constit. in 6. Sed non obstante illa legi, tali legem contraria, ergo voluit illam derogare: sic docent omnes cum glossa in *sapra* addit. cap. & in leg. sed & posteriores de legibus verbo, nisi oritur a fin.

8 Limite aliqui, nisi prior lex firmata fuerit iuramento, de non derogando illam, nisi illius sit explicita mentio, quia tunc illa lex nouo vinculo ea stabilita, ac priuinde non est presumendum contraria legi voluisse Principem abrogare. Sic docet Azor 1. part. lib. 5. cap. 6. & Emanuel Saa verbo, lex. n. 29. in virtute edit. confessio Bonacina disp. 1. q. 1. p. 1. vlt. s. l. uers. ego vero. in casu, quo iuramentum non est solum affectuum de praesenti, sed promissorum de futuro, scilicet de non reuocando legem: & sunt potest ex his, quae de reuocatione privilegiorum tradit Suarez lib. 8. c. 14. n. 6.

Præcer mihi haec limitatio ea præcepit ratione, quia tunc non est presumendum Principem habuisse memoriam legis prioris iuramento stabilitate; & consequenter procedere reuocatoriū legem ex ignorantia prioris, ac proinde non habere effectum. Neque obstat iuris communis ignorantiam in Principio non presumi, cap. 1. de constit. in 6. quia hoc est generaliter verum, quoties nullum sequitur inconveniens: at in praesenti sequitur non lege inconveniens, nisi praesumat illa ignorantia, quia sequitur Princeps violale iuramenti factum de non reuocanda lege, siquidem illam, non relaxato iuramento intendit reuocare: quoties autem duæ præsumptiones concuerint in uno actu, illi prævalere debet, pro qua est honesta, & excludenda præsumptio delictum contineat. Neque obstat etiam pro actus valore præsumendum esse, & consequenter pro lege posteriori, ut multi relatis docet Menochius de presumpt. lib. 6. tota presumpt. & quia, vi ipius Menochius *sapradicta presumpt. num. 50.* affutat, non procedit haec præsumptio de valore actus, quando repugnat mens disponens, quae omnino offendereunt, si sumerunt interpretatio validitatis actus. At in praesenti clarum est offendit Principem, si præsumatur iuris iuramento à se factum de non reuocanda lege, nisi illius mentionem faciat, illam reuocare, nulla prioris facta mentione, nec relato iuramento.

9 Dixi posteriorem legem abrogare priorē, dummodo priori contraria sitnam si aliquo modo excusat potest contrarietas, legum correcione, quod fieri possit, vitanda est, ex leg. ultim. Cod. de appell. & 1. I. C. de inefficiis, dorib. & tradit Bart. 1. p. constante ff. pluto matris. n. 39. & plusibus relatis Tiraquel. in prefat. num. 62. Et ratio est, quia mutatio legum damna est recipiencia, per se loquendo; quapropter fieri non potest, nisi vbi virgens necessitas vel utilitas interueniat, ut colligitur satis ex *sapradictis* texibus.

Aliqui haec doctrinam extendunt, ut procedat etiam, si ad hanc correctionem vitandam, fuerit necessarium verba legis correctioris impropriate: sic docent alios referentes Sanchez lib. 1. de matr. disp. 17. n. 6. Guicciard lib. 3. practic. quæst. 1. n. 34. At haec extensio mihi absolutè non probatur, quia alias nihil esset fierium in legibus, solum enim verba impropriata sunt, ut evenerit aliqua iniustitia, & iniustitia, vel calumne ne dispositio iniurialis, & iniurialis reddatur, ut bene tradunt Felius, Panormit, & Decius in cap. 1. de constitut. Bart. in leg. omnes populi, ff. de iustit. & iure. n. 57. & 58. Suarez lib. 6. de legib. cap. 27. n. 29. 1. Salas disp. 1. 8. sect. 6. n. 15. & iunctum ex glossa, non possunt ff. de legibus.

10 Dico secundū, si lex specialis, aut generalis abroganda

extra ius commune sit, tunc per posteriorem legem contraria non abrogatur, nec derogatur, nisi illius latere in genere faciat mentionem, quia non præsumunt edita ex scientia prioris legis, eo quod ea quae sunt extra ius commune, ignorari à Principe presumuntur ex d. c. 1. de constit. in 6. tradit Suarez n. 12. Salas sect. 6. circa finem.

11 Dico tertio, si lex abroganda in iure communi infesta specialis sit pro aliquo loco, vel speciali aliqua materia per posteriorem legem iueneralem, non censetur abrogata, nisi illius meminitur, sed potius ex illa legi lex iueneralem debet limari seu derogari. Tunc quia est regula communis: generi per speciem derogatur, ubi glossa communiter recepta explicat, etiam species præcedat: tunc quia utique lex potest subfistere. Ergo credendum est ita principem volunti: tunc denique, quia derogatio legis est vitanda, quod fieri potest, sed in praesenti vitari potest, affirmando posteriorem legem iueneralem fieri cum illa tacita limitatione, & exceptione prioris legis; ergo ita interpretandū est: sic docent Bart. Abbas Ias. Decius Bald. & alii plures relati à Sanchez lib. 2. de matr. disp. 2. 4. num. 6. & addit hoc esse verum etiam in lege nova sit clausa. Non obstante, debet enim intelligi, legi contraria, qua non possit præcedenti sustineri per aliquam limitationem, seu distinctionem, idem tradit Suarez, & Salas *sapra*. Anton. Gabi. tom. 2. comm. lib. 10. verbo lex. fol. 50. Azeued. lib. 5. recipil. tit. 4. 1. 1. 52. Matienz. ibi glossa 3. n. 11. & tit. 11. 1. 1. glossa 8. n. 5. in prim. & alii plures, quos ipsi referunt.

S. II.

Qui possint legem abrogare, vel derogare.

- 1 Qui illam tulit, & eius successor illam abrogare potest.
- 2 Inferior non potest legem superioris abrogare.
- 3 An inferior in suo territorio possit superioris legem abrogare? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Communis sententia hanc potestatem in legibus ciuilibus admittit, non in canonica.
- 5 Nullus inferior potest sine pura derogatione, sine statuto contrario superioris legem abrogare.
- 6 Satisfacti ratione dubitandi.
- 7 Statuta conformata à superiori, possint inferior illa condens reuocare: Negat communis sententia.
- 8 Qua ratione hac communis sententia vera sit, exponitur.
- 9 Postius Episcopus abrogare constitutiones factas in Synodo diocesana? Proponitur dubitandi ratio.
- 10 Censeo probabilis posse.
- 11 Satisfacti argum. num. 9. adductio.

1 Ceterum est legem reuocari posse ab eo, qui illam tulit vel ab eius successore, qui tandem cum legislatore, habet potestatem, vel à superiori illorum. De legislatore constat quia dependet ab eius voluntate. De successore, idem probatur, quia habet cum illo tandem potestatem. Item, quia nullus suo successor aequali prohibere potest abrogacionem legis à se factæ, sicut nec ubi prohibere potest. Quia par in patrem non habet iurisdictionem. De superiori autem idem constat, quia habet iueneralem iurisdictionem. Quia ratione Pontifex habet leges ciuilis abrogavit, eo quod bonis moribus contraria fuerint, vel præjudicauerint libertati, viti sacramentorum, dispositioni recte piaum cauorum, & aliotum bonorum Ecclesiasticum, quia ob huiusmodi titulum, superior est Pontifex quilibet legiſtator ciuilis, ut recte mulius exemplis confirmat Azor 1. part. lib. 5. cap. 20. & seqq. docet Suarez lib. 6. cap. 6. numero 3. Salas disp. 1. sect. 4.

2 Secundum certum est inferiorem non posse legem superioris abrogare, quia superior potest non subditar inferiori, ex cap. cum inferior. de maiorit. & obedienc. & habetur Clement. n. Romant. de elect. Ex quo si neque Episcopum abrogare posse legem Pontificis, neque Concilii prouincialis, quia huiusmodi leges latere sunt à superiori. Item Episcopus solum habet iurisdictionem in sua diocesi, extra illam non habet: leges autem Pontificiae, & Synodi prouincialis obligationem inducent non solum pro sua diocesi, sed etiam pro aliis. Ergo Episcopus non potest illarum obligationem tollere, sic omnes supponunt, quos supervacuum est recensere.

3 Difficultas autem est, an inferior habens potestatem condendi legem in suo territorio, possit legem condere contraria legi iuenerali superioris, vel illam pro suo territorio abrogare? Ratio dubitandi est quia inferior ea de causa habet potestatem dispensandi in legi superiori; Episcopus, inquam, in legibus Pontificis, & magistratus in legibus regis; quia pertinet haec potestas ad rectam, & suauem dictio dictionis gubernacionem. Sed etiam ad rectam, & suauem dictionis gubernacionem petinet habere potestatem derogandi leges superioris, cum sapientia iueneralis in aliqua prouincia minus vitiis, vel potius damnosa iudicaret. Ergo gubernator illius prouincia potestatem habere debet impediens illius obligationem.

Ex confirmari potest hæc ratio ex pluribus statutis municipaliibus iuri communi contrariis, quæ valorem habent, plura refert Azot lib. 5. cap. 25. quæst. 11. & 14. Ex iure enim communis haberet, ut aliquis ob delictum alterius puniatur, & tradit Batt. in l. 1. n. 4. num. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. & Iulius Clarus cum communis sententiâ lib. 1. recept. sent. in præf. criminis qn. 8. n. 1. & sequenti. & tamen valer statutum, quo caueatur dominium tenetis facere damna famulorum, quæ commissæ fuerint etiam ipso neficiente, & patrem damna filiorum, & alia similia statua palliū fiant. Ergo optimè potest inferior, in suo territorio legem superioris abrogare.

4. Communis sententia admittit hanc potestatem in ciuitatibus legibus i negat tamen in Canonice sic lat. in Lomnes populi, ff. de iustit. & iur. Panormitanus, in cap. ultim. de confessad. feccus cap. quod super his, de maiorie. & obediens. numero 2. Rocha de Cutte tructas. de confessad. scđ. 3. numero 6. Albano, tractat. de statutis. 1. part. quæst. 7. Prior pars hiuius communis sententia probari potest ratione dubitandi. Secundò videtur definita in cap. quod super his, de maiorie & obediens. ibi, nihil statut. quod canonice oī est illud. Idem potest ex Clement. ne Romani, de elect. & ex cap. institutionis, capite Ecclesiastice, & aliis quæ referuntur 25. quæst. 2. Ratio autem differenter ea esse potest, quia omnis iurisdictio Ecclesiastica, seu circa leges canonicas dimittitur à Pontifice, qui non accepit illam ab Ecclesia, sed a Christo Domino. Ergo dum non constat Pizianus inferiorius dedita Ponificem facultatem derogandi suis legibus, non tamen cendi illam potestatem habere. At in iurisdictione politica, alter res se habet, siquidem à republica Rex accipit potestatem. Quid ergo mirum, si translatum in ilium ea conditione, ut quotieslibi vi suum factio bono communi expediens legum regalium efficaciam impedit, id efficiere potest Ergo.

5. Nihilominus tamen dimid est nullum inferiorem posse superioris legem derogare sive pura derogatione, sive statuta contradictione ab ipsorum superiori habeat potestatem, quæ tamen presumenda nunquam est nisi proberetur: sic lat. & optimè probata lib. 6. cap. 6. n. 9.

Precipua ratio definiens debet ex ipsis terminis inferioris, & superioris: si enim inferior à se potestaret haberet leges superioris derogandi, inferior non esset illo, sed potius superior. Ex qua ratione probatum est, ut ad legis constitutionem non esse necessarium populi acceptationem, quin legislator posset populum tenetem legibus conuenientibus adstringere. Nam licet à populo potestaret gubernacionis accepterit non illam accepte populo subordinata i alia populus manet superior, & non poterit Principi cogi, quod est contra debitam Principi subordinationem.

6. Neque obstat ratio dubitandi. Nego eam inferiorum habere de se potestaret dipesandri in lege superioris: tamen regulariter illam à superiori. Tunc quia dispensations potestas magis sit necessaria, quam abrogationis, quia frequentius occurunt circumstantiae potentes dispensationem, & non derogationem. Tum etiam, quia dispensatione, quæ sit ad unum, vel alium casum, non ita vulneratur lex, & derogatione commutari. Quod si daremus aliquando legem communem minus vilium pronouia judicati, consuli debet superior, & ab illo derogatio expostulari, interim tamen feruanda est, nisi manifeste contineat non potuisse Principem, vel noluisse in illa occasione obligare.

